



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Die xxi. Augusti. In Festo S. Joannæ Franciscæ Fremiot De  
Chantal, Ordinis Sanctimonialium Visitationis Sanctæ  
Mariæ Fundatricis**

**Paderbornæ, 1770**

Lectio IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62834](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62834)

Die xxi. Augsti.

IN FESTO

S. JOANNÆ FRANCISCÆ

FREMIOT DE CHANTAL,

Ordinis Sanctimonialium Visitationis

SANCTÆ MARIÆ Fundatricis.

DUPLEX.

---

*Omnia de Communi nec Virginum, nec Martyrum præter ea, quæ sequuntur.*

ORATIO.

**O**mnipotens, & misericors DEUS,  
qui Beatam Joannam Franciscam  
tuo amore succensam admirabili  
Spiritûs fortitudine per omnes vitæ semi-  
tas in viâ perfectionis donasti, quique per  
illam illustrare Ecclesiam tuam novâ pro-  
le voluisti: ejus meritis, & precibus con-  
cede, ut qui infirmitatis nostræ consciî de  
tua virtute confidimus, cœlestis gratiæ  
auxilio, cuncta nobis adversantia vinca-  
mus. Per Dominum &c.

IN PRIMO NOCTURNO.

*Lectio de Script occur.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio IV.*

**J**OANNA FRANCISCA FREMIOT A CHAN-  
TAL Divione in Burgundia clarissimis  
orta natalibus ab ineunte ætate eximiæ

A

San-



Sanctitatis non obscuras edidit significations. Eam enim vix quinquennem nobilem quemdam Calvinistam solidâ supra ætatem argumentatione perstrinxisse ferunt, collatumque ab eo munsulum flammis illico tradidisse in hæc verba: En quomodo hæretici apud inferos comburentur, qui loquenti Christo fidem detrentant. Matre orbata Deiparæ Virginis tutelæ se commendavit, & famulam, quæ ad mundi amorem eam alliciebat, ab se rejicit. Nihil puerile in moribus exprimens à sæculi deliciis abhortens, martyriumque anhelans religioni, ac pietati impensè studebat. Baroni de Chantal nuptui à Patre tradita virtutibus omnibus excollendis operam dedit, liberos, famulos, aliosque sibi subiectos in fidei doctrina, bonisque moribus imbuere satagens. profusa liberalitate Pauperum inopiam sublevabat, annonâ divinitus non raro multiplicatâ; quo factum est, ut nemini se unquam Christi nomine roganti stipem abnegaturam spoponderit.

Rx. Propter veritatem &c.

*Lectio V.*

**V**iro in venatione interempto perfectioris vitæ consilium iniens, continentiæ voto se obstrinxit, Viri necem non so-

